Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 1015
Quelle:
Copyright:

tatus, et olim teste p. *ult.* ad Collegium ducale artistarum datus a *Martino Sappeck* canonico ad S. *Stephanum Wien.* et plebano in *treskirchen* est Florilegium e D. *Bernhardi* Operibus, sive *Bernhardinus*, seu *Exceptiones*, seu denique *Flores*, bene distinguendi a *Floreto S. Bernhardi* in versus redacto, et cum *Commento* edito *s. l.* et *a.* item *Daventriae* 1499. 4. Constat Opus istud *Libris* X. cum *Append.* de B. V. *Maria* et ex Epistola ad *Robertum* Monachum, compilatoremque habet *Guilelmum* O. S. B. e Coenobio S. *Martini Tornacensi* circa 1240—46. quem e *Codicibus* detexerunt *Sanderus*, *Mabillonius*, *Val. Andreas*, *Job. Bunderius*, cum ceterum Opus ipsum vulgo ἀνωνυμως ferretur. Tale est in praesenti *Codice*, tale in edit. *Paris.* 1499. 4. quam memorat *Oudinus* T. III. *col.* 203. et ex eo *Fabric. Bibl. med. Lat.* L. VII. p. 154. tale in edit. *Lugd.* 1556. 8. *min.* quae mihi adjacet, quamque idem *Fabricius* L. II. p. 227. ad *Matth. Audebertum*, qui eam curavit, prave tanquam ad autorem defert. Tale porro etiam est in Editionibus multo antiquioribus, quae hos Viros latuerunt, puta *Norimbergensi s. l.* et *a.* f. preli *Sensenschmidiani* circa 1470. et *Coloniensi* per *Job. Koelhoff* f. anni, ut Typographus hic non semel dormitabat, 1400. cui tamen in binis Exemplis annus 82. antiqua manu adscriptus visitur. Vide *Suppl.* meum *ad Annal. Maitt.* P. I. p. 145. et II. p. 510. Initium jam in Codice facit: *Prologus in opus sequens. Cum non essem aliquo exercitio* (Norimb. *alicuius*, Lugd. *alicui*) *magnopere occupatus* &c. Libris singulis praemittitur, ut in *Lugd.* Elenchus Capitum, qui in *Norimb.* seorsim *folia* 4. efficit, et a Compactore Operi vel anteponi, vel subjici potest. Liber I. orditur: *Quid est deus? Qui est.* (prave Lugd. *Quid*) *Merito quidem. Nil competentius eternitatique deus est.* &c. Excerptum ultimum supra memoratum ex Epistola ad *Robertum* Monachum brevius est in Codice, quam in Editis; incipit enim primum a verbis: *Rectus ordo requirit* &c. et jam desinit in his: *Quod scimus cum necesse non est, in necessitate nescimus.*

CCCCXXXVI.

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 92. 4. commode scriptus, et coloribus illustratus, quondamque, ut *fol.* 6. notatur, *S. Seuerini de neapoli Congregationis Casin. alias sancte Justine*, laboriosum est Florilegium Sententiarum ex *Epistolis CCCXXXVI. S. Bernardi Claraev.* Abb. ordine alphabetico institutum, cujus Autor manifestus fit e sequente Operis clausula: *Explicit tabula super 336. epistolis beati Bernardi, cum dictis ejusdem ordinatis per materias secundum literas alfabeti, edita de mandato Sanctissimi in Christo patris et domini, Domini pape Johannis 22. a fratre francisco toti de perusio, de ordine minorum et episcopo Sarnensi.* Nihil de hoc Vi- R. 54

ro